

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia

Jacobus <Genua, Erzbischof>

[Lyon], 20. Juli 1486

De omnibus sanctis clviii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

De sancto

Eustachio

militū consignarūt. Videns vero iuuenes elegantes et mo:ū honestate cōpositos. cū sibi plurimus placuissent inter primos conuiuas suos ordinauit eosdē. Et sic puectus ad bellū subiectis hostibus exercitū suū tribus diebus in quodā loco vbi vxor sua pauper hospita manebat requiescere fecit. Illi vero adolefcētes in tabernaculo matris sue nutu dei hospitati sunt. nescientes tñ q̄ mater sua esset. Et sedentes circa meridiē et mutuo cōfabulantes exponebāt sibi iuicē de infantia sua. Mater vero eoz contra sedens que ipi referebant attētius audiebat. Dicebat em̄ maior: minori. Ego dū infans essem nichil aliud recole nisi q̄ pater meus magister militū erat. et mater mea speciosa valde. Duxosq; filios habuerūt scz me. et aliū minorē me qui et ipse speciosus valde erat. Accipiētesq; nos egres si sunt de domo nocte. Ingressiq; sunt naues nescio quo euntes. Cum autē de nauī egredere mur ma ter nostra nescio quomodo i nauī relicta est. Pater vō nō portans nos duos flēs pgebat. Perueniēsq; ad quendam fluiuium. transiit cū fratre meo iu mōre. et me sup ripam fluminis dereliquit. Cum autē reuerteref vt me acciper. lupus venit et illum infantē rapuit. et anteq̄ ad me appropinquaret. leo de silua exiēs me rapuit et in siluā deduxit. Pa stors vero cruerunt me de ore leonis. et nutritus sum in illa possessione in qua et ipse scis. et nō potui scire quid factū sit de patre meo neq; de infante. Hec audiēs minor: cepit flere ac dicere. Per deum vt audio frater tuus sum ego. quoniā etiaz qui me educauerāt hoc dicebāt. quoniā de lupo eruius te. Et in amplexus rucēs osculabant semiuicē et fleuerūt.

Audiēs hec mater eoz et consi derans q̄ euentū suū ita s:riam dixisset diu apud se tractauit si illi filij sui essent. Altera autē die ad magistrū militū adiit. et interpellauit eum dicēs. Deprecor: te dñe vt me ad patriā meam pduci iu beas. Ego em̄ de terra romanorū sus. et peregrina bic sum. Et hec dicens vidit in eo signa mariti sui. Et eum cognoscēs cum se iam cōtinere non posset peidit ad pedes suos et ait. Precor: te dñe vt expo nas michi pristinā vitam tuam. Puto em̄ q̄ tu sis placidus magister militū. qui alio nomine diceris eustachius. quē placidum saluator: conuertit. qui talem et tales temptationē sustinuit. et cui vxor q̄ ego sum in mari ablata fuit. q̄ tamen ab omni cor ruptione seruata sum. qui et duos filios scz agapi tum et theospitū habuit. Hec audiēs eustachius et ipam diligenter cōsiderans. vxorem suam reco gnouit. et lacrimat⁹ pre gaudio ipaz osculatus est.

glorificans deum qui consolatur afflictos. Tunc dicit ei vxor: sua. Domine vbi sunt filij nostri? Et ait a feris capti sunt. Et exposuit ei quomodo per didit illos. Et illa. Gratias agamus deo. Puto ei q̄ quē admodū deus donauit nobis vt inuenirem⁹ nos iuicē donabit etiā recognoscere filios nostros. Et ille. Dixi tibi q̄ a feris capti sunt. Et illa. Be sterna die sedens in orto. audiui duos iuuenes sic et sic suam infantiam exponētes. et credo q̄ filij nostri sunt. Interroga igitur ab eis et dicent tibi. Et conuocans eos eustachius et audiens ab eis in fantiam suam. recognouit q̄ filij sui essent. Et am plectentes eos ipse et mater super eorum colla plu rimum fleuerunt. et crebrius eos osculabant. Dis igitur exercitus plurimum gaudebat: et de inuen tione eorum. et de victoria barbarorū. Cum igitur rediret contigit iam traianum obijisse. et successis se ei peiorem in sceleribus adrianū. Qui pro victo ria obrenta et inuentione vxoris et filiorū magni fice eos suscepit. et magnum conuiuū preparauit. Altera autē die ad templū ydolorum processit. vt ibi sacrificaret pro victoria barbarorum. Videns vero imperator: q̄ eustachius nec pro victoria. nec pro inuentione suorum sacrificare vellet. horrabatur vt sacrificiū immolaret. Cui eustachius. Ego xpm deum colo et illi soli sacrificō. Tunc impera tor: ira repletus ipsum cum vxore et filijs in arena statuit et leonē ferocem ad eos dimitti fecit. Accur rens vero leo et dimisso capite quasi eos adorans ab eis hūiliter recessit. Tunc impator: bouē eneus mēdi fecit. et eos ibidem viuos immitti mādauit. Orantes igit sancti et se dño cōmendantes boues intrauerunt. et ibidē dño spiritū reddiderūt. Tercia autē die de boue corā impatore extracti. ita pe nitus intacti inuenti sunt. q̄ nec capillos nec quic quid eoz vapores incendijs aliquatenus cōrige rūt. Xpiāni vero eoz: corā: pora tulerūt. et in loco ce leberrimo recōdantes. ibidem oratorū construxerunt. Passi sunt autē sub adriano. qui cepit circa annū dñi. cxx. kalēn. nouembriis. vel scdm quosdā xij. kalēn. octobris.

De omnibus sanctis. clviii A

Omnium sanctorum festiuitas quatuor: de causis instituta fuisse videtur. Primo pro pter cuiusdam templi dedicationem. Secū do propter omisso:um suppletionem. Tercio pro pter negligentiarū expiationē. Quarto ppter sa ciliozem orōnum nostrarum impetrationē. Primo igit instituta est ppter cuiusdā templi dedicatio nem. Romani em̄ cum vniuerso o:bi dominarent.

De omnibus sanctis



quoddam tēplum maximū construxerūt. in cuius medio suū ydolum collocātes. omniū prouinciarū simulacra p̄ circuitū statuerunt. respicientia rectis vultibus ydolum romanoꝝ. Si quando aut̄ aliqua prouincia rebellaret. p̄tinuo vt aiūt arte dyabolica illius prouincie simulacrū ydolo romanoꝝ posteriora voluebat. tanq̄ innuens q̄ ab eius dominio recessisset. Concito igit̄ romani ad illā prouincā copiosum exercitū destinebāt. et ipsam dñio suo sub fugabant. Verū nō suffecit romanis q̄ omniū prouinciarū simulacra in v̄be sua haberēt. quin pot̄ fere singulis dijs singula tēpla cōstruxerunt tanq̄ qui eos cunctarū prouinciarū victores et dños effecissent. Sed quia omnia ydola tēplū ibidem habere non poterant ad maiore sue vesanie ostentationē vnū tēplū ceteris mirabilius et sublimius in honore deoꝝ omniū crexerūt. et pantheon qd̄ sonat totū diu vocauerūt. a pan qd̄ est totū et theos deus. Pontifices em̄ ydolorū ad maiore populi deceptionem sengerunt. q̄ sibi a cibeles. quā omnium deoꝝ matrē vocabant. fuerit imperatū. vt si de omnibus gentibus vellent victoriā obtinere. filiis suis tēplū magnificū fabricarent. fundamentū aut̄ ipsius tēpli spericū iacitur. vt et ipsa forma deoꝝ eternitas demōstret. Sed quia latitudo testudinis insustētabilis videbat. cum supra terrā in edificio aliquantulus p̄cessissent. totū intus terra replebat. simul vt dicat̄ cum terra denarios iacētes. et sic fecerūt quousq̄ p̄dictū tēplū est mirabiliter consummatū. Tunc data licentia vt quicūq̄

terrā asportare vellet. tota quā in ipsa terra inuenisset pecunia sua eēt. festine turba p̄perat et ipm̄ tēplū cito euacuat. Deniq̄ romani pinnā cneaz et deauratā fabricant. et in summitate collocant. Aiunt quoq̄ q̄ in hac om̄s prouincie mirabiliter sculpre erāt. ita vt quicūq̄ romā venisset. versus quo esset sua prouincia scire posset. Hec aut̄ procedente tpe inde cecidit. vnde et in p̄dicto tēplo in summitate aptura remāstr. Tēpore igit̄ foce ip̄eratoꝝ cū iam dudū roma fidē dñi recepisset. bonifacius papa quartus a magno gregorio circa annos dñi. dcv. p̄dictum tēplū a foca cesare impetrauit et omniū ydolorū eliminata spurciā ipm̄ tēplū. quarto ydus maij in honore beate marie et martiris p̄secrauit. ac locū sancte marie ad martires appellauit. q̄ nunc sancta maria rotūda a populo appellat. Nondū em̄ confessorū solennia ab ecclesia agebant. Sed q̄ ad hoc festū multitudo maxima cōfluebat. et p̄pter defectū victualium celebrationi vacare nō poterant. ideo quidā papa gregorius hoc festum in kal̄. nouemb̄ris quādo maior victualium copia videt̄ esse messibus et vindemijs celebratis fieri instituit. ac per vniuersum mundū hūc diē in honore omniū sanctorū celebrari solēnter ordinauit. Et sic tēplū quod fabricatū fuerat omnibus ydolis. nunc dedicatū est omnibus sanctis. et vbi multitudo colebat ydolorū. ibi deuote laudat̄ multitudo sanctorū. **S**ecūdo instituta est p̄pter om̄sio: um sup̄pl̄cione. Nos em̄ multos sanctos om̄isimus. de quibus nullā festiuitatē siue etiā memoriā fecimus. Non em̄ possumus omniū sanctorū festa agere. tū p̄pter sanctorū multiplicatē. quia multi et quasi infiniti sunt. tū p̄pter nostram infirmitatē. q̄ infirmi et debiles sumus nec ad hoc sufficere possemus. tū p̄pter tēp̄s breuitatē q̄ etiā tempus non sufficeret. Nā sicut ait hiero. in quadā ep̄stola q̄ suo kalēdario preponit. Nullus dies est excepto die kalēdaz ianuarij qui nō intra quinq̄ milia martirū numerū repiri possit ascript̄. Ideoq̄ ecclesia rōnabiliter ordinauit. vt quia omniū sanctorū singulariter festa facere non possumus. saltem omnes generaliter et in simul honoremus. Quare aut̄ institutū sit vt festiuitates sanctorū in terris agam̄. magister guillermus altrifiodorēsis in summa de officio ponit sex rationes. Prima est p̄pter honore diuine maiestatis. Cum em̄ sanctis honorem impēdimus. deū in sanctis honorem et ipm̄ in eis mirabilē p̄dicamus. q̄ qui sanctis honorem tribuit. illū specialiter honorat qui eos sanctificauit. Secūda est p̄pter auxilium nostre infirmitatē

De omnibus sanctis

tis quia et per nos salutē habere nō possum⁹. ideo sanctorū intercessionib⁹ indigem⁹. a quibus vt ad suuari mereamur. merito ipos honorare debem⁹. Legit em̄. iij. reg. i. q. berfabee qd̄ interpretat⁹ puerus facietatis. idest ecclesia triūphās. filio suo id est ecclesie militanti regnū suis p̄cibus obtinuit. Tercia est ppter augmentū nostre securitatis. vt scz per sanctorū gloriā que nobis in eorum festiuitate pponitur nostra spes et securitas augmentet. Si em̄ homines mortales nobis similes potuerunt ita p sua merita sublimari. constat q nos similiter poterimus cū manus dñi abbreviata nō sit. Quarta est ppter exēplū nostre imitationis. Cū em̄ eoz festiuitas recenset. ad eoz imitationē puocamur vt scz eoz exēplo terrena cōremnamus. et celestia desideremus. Quinta est ppter debitū mutue vicissitudinis. Sancti em̄ de nobis in celo festū faciūt. Gaudiū em̄ est angelis dei et animab⁹ sanctis sup vno peccatore penitentiā agente. Ut igit eis vicissitudinē rependamus. iustū est vt qz ipsi de nobis festū agunt in celis. et nos de ipsis festū agamus in terris. Sexta est ppter procuratiōē nostri honoris. Cum em̄ sanctos honoram⁹ tunc nostrā rez agimus et nostrū honorē procuramus quia eoz festiuitas est. nostra dignitas. Nam cū honoramus fratres nostros. honoramus nos ipsos. caritas nāqz facit oīa eē cōmunia. oīa quidē nostra sūt celestia terrestria et eterna. **C** Preter aut̄ has rōnes ponit alias rōnes ioh̄es damas. li. iij. c. vij. quare scz sancti et pariter eoz corpora siue eoz reliquie debeant honorari. Quarū quedā sumunt̄ q̄tum ad eoz dignitates. quedā q̄tum ad eoz ipsoz preciositatem. Dignitas aut̄ eoz. vbi ibidem dicit quadruplex est. Quā ipsi sunt amici dei. filij dei. heredes dei. et duces nostri. Et ponit istas auctoritates. De primo ioh̄. xv. Jam nō dicā vos seruos sed amicos etc. De scdo ioh̄. i. Dedit eis potestatem filios dei fieri. De tercio ro. viij. Si aut̄ filij et heredes. etc. De quarto sic dicit. Quantū laborares vt ducē inuenires qui mortali te regi adduceret. et pro te ad ipm sermonem faceret? Duces igit totius generis humani qui ad deū pro nobis interpellationes faciunt. nonne honorandi sunt? Utiqz quidē honorandi sunt. templa erigentes deo et eoz memoriam venerantes. Alie sumuntur q̄tum ad eoz ipsoz preciositatem. Et ponit idē damas. iij. et aug. addidit quintā per quas manifestatur preciositas eoz corporū siue reliquiarū sanctorū. Ipsa em̄ sanctorū corpora fuerunt promptuarij dei. tēpluz xp̄i. alabastrū spiritualis vnguenti. fontes diuini

et organū spūs sancti. **P**rimo em̄ fuerunt promptuarij dei. Unde dicit. Hi em̄ promptuarij dei pura cenacula facti sunt. Scdo tēplū xp̄i. Unde sequit. Quā per intellectū in corporibus eoz habitauit deus. ait ap̄tus. Nescitis quomā corpora vestra tēplū inhabitatis in vobis spūs sancti sunt. Deus aut̄ spiritus est. Qualiter igitur non honoranda animata dei tēpla. et animata dei tabernacula etc. De hoc etiā crisostomus. Homo in edificatione parietū delectat. deus aut̄ in cōuersatione sanctorū. Unde psal. Dñe dilexi decore domus tue. Quē de core. Non quē diuersitas marmorū splendentium facit. sed quē prestat varietas viuentiū gratiarum. Ille decore carne delectat. iste viuificat animā. Ille pro tēpore deicit et decipit oculos. iste aut̄ imperpetuū edificat intellectum. Tercio alabastrū spūs sancti vnguenti. Vñ ait. Unguentū boni odoris ex se manans sanctorū reliquie tribuentes. Et nullus hoc discredat. Si em̄ ex rupe et firma petra aqua iheremo emanauit. et ex maxilla asini sampsoni scienti aqua venerat. multo potius ex martirū reliquijs vnguentū bene olens emanare incredibile nequaquē est sitientibus diuinā virtutes ad ipsoz sanctorū honore. Quarto fontes diuini. Vñ ait. Isti viuentes in veritate cū libera p̄sentia deo assistūt fontes nobis salutare dñato: xp̄s sanctorū suorū p̄buit reliquias multiformia beneficia irrigantes. Quinto organū spūs sancti. Hanc rationē assignat aug⁹. in li. de ciui. dei dicēs. Non sunt cōremnanda sed plurimum reuerēda sanctorū corpora quibus dū adhuc viuerēt. spiritus sanctus quasi quibusdā organis ad omne opus bonū vsus est. Unde ap̄tus. An experimentū queritis eius qui in me loquitur xp̄s? Et de stephano dicit q nō poterant resistere sapientie et spiritui qui loquebat etc. Itez ambrosio. in exameron. Hoc est p̄ciosissimū q homo diuine vocis fit organū. et corporalib⁹ labijs exprimit celeste oraculum. **T**ercio instituta est ppter negligentiaz expiationē. Licet ei paucorū scdōrum festa agamus ad huc tamē illa pauca negligenter sepe agimus. et multa ibidē p ignorantia vel negligentia obmittimus. Si igit in alijs solennitatibus sanctorū quas egimus aliqd negleximus. in hac generali festiuitate supplere possumus. et de negligentia nos purgare valeamus. Decretio tangi videt in sermone qui hac die p ecclesias recitat. in quo sic dicit. Decretū est vt hac die sanctorū omnium memoria habeat. vt quicqd humana fragilitas per ignorantiam vel per negligentia seu per occupationē rei secularis in solennitatibus sanctorū minus bene

De omnibus sanctis

peregisset in hac sancta obseruatione salua. Notandum autem quod quadruplex est differentia sanctorum noui testamenti quos per anni circulum colimus. et quos hodie diurna die in simul recolimus ut ea que negligenter fecimus suppleamus. scilicet apostoli martires. confessores et virgines. Et huiusmodi rabanus per quatuor mundi partes significat. Per orientem apostoli. per meridiem martires. per aquilonem confessores. per occidentem virgines. Prima igitur differentia est apostolorum quorum dignitas et excellentia manifestat ex eo quod omnes alios sanctos in quatuor excedunt. Primo in preeminencia dignitatis. Ipsi enim sunt sapientes principes ecclesie militantis. potentes assessores eterni iudicis. dulces pastores domini gregis. Bern. Tales debebat humani generis pastores et doctores constitui. qui et dulces essent et potentes. et sapientes. Dulces. ut misericorditer suscipiant. potentes ut fortiter protegerent. sapientes ut ad viam et per viam ducerent que ducit ad ciuitatem supernam. Secundo in preeminencia potestatis. De quorum potestatis preeminencia sic dicit augustinus. Apostolis deus dedit potestatem super naturam ut eas curarent. super demones ut eos euerterent. super elementa ut ea mutarent. super animas ut ipsas a peccatis soluerent. super mortem ut ipsam contemnerent. super angelos ut corpora dominicum consecrarent. Tercio in prerogatiua sanctitatis. Unde propter eorum maximam sanctitatem et gratiarum plenitudinem. vita et conuersatio christi in eis tanquam in speculo relucebat. et cognoscebatur in eis sicut sol in suo splendore. sicut rosa in suo odore. sicut ignis in suo calore. De hoc dicit crisostomus super mattheum. Misit christus apostolos quasi sol radios suos. quasi rosa suauitatis sue odorem. quasi ignis scintillas suas dispersit. ut sicut sol in radijs suis apparet. sicut rosa in odoribus suis sentit. sicut ignis in scintillis suis aspicitur. sic in illorum virtutibus christi potentia cognoscatur. Hec crisostomus. Quarto in efficacia utilitatis. De quorum efficacia sic dicit augustinus. loquens de apostolis. Ex abiectissimis et imperitissimis. et paucissimis nobilitantur. illuminant. multiplicant. dulcissima eloquia. preclarissima ingenia. copiosissima agmina mirabilemque pietatis auro facundorum atque doctorum subiungant christo. **S**ecunda differentia est martirum. Quorum dignitas et excellentia manifestatur ex eo quod passi sunt multipliciter. utiliter. et constanter. Multipliciter quoniam preter martirium sanguinis passi sunt triplex aliud martirium sine sanguine. De quo triplici martirio dicit bernardus. Triplex est martirium sine sanguine. scilicet paucitas in ueritate quam habuit dauid. largitas in paupertate quam exhibuit thobias

et uidua. castitas in iuuentute qua usus est ioseph in egypto. Secundum autem gregorium. triplex est martirium sine sanguine. scilicet patientia aduersorum. Unde dicit. Sine ferro martires esse possumus si patientiam in animo ueraciter custodimus. Compassio afflictorum. Unde dicit. Qui dolore exhibet in aliena necessitate. crucem portat in mente. Dilectio inimicorum. Unde dicit. Ferre contumelias. odientem diligere. martirium est in occulta cogitatione. Secundo utiliter. Que utilitas ex parte ipsorum martirum est omnium peccatorum remissio. meritoque cumlatio. et eterne glorie perceptio. Ista pretio sui sanguinis sibi emerunt et ideo eorum sanguis dicitur pretiosus. id est pretio plenus. De primo et secundo dicit augustinus. de ciui. dei. Quid est pretiosius quam mors propter quam delicta dimittunt. et merita cumulantur. Item super iobanem. Pretiosus est sanguis christi sine pretio. fecit tamen ipse suorum sanguinem pretiosum pro quibus dedit sanguinem in pretium. Nam si suorum sanguinem non faceret pretiosum non diceretur pretiosa in conspectu domini etc. Item cyprianus. Martirium est delictorum finis. periculi terminus. dux salutis. patientie magister. dominus uite. De terciio bernardus. Tria sunt que morte sanctorum faciunt pretiosam. quies a labore. gaudium de nouitate. securitas de eternitate. Ex parte nostra duplex est utilitas. quia dati sunt nobis in exemplar ad ceterandum. Criso. Tu christiane delicatus es miles. si putas te posse sine pugna uincere. sine certamine triumphare. Excerce vires fortiter. diuina atrociter. in philo isto concerta. considera pactum. conditionem attende. militiam nosse. pactum quod suscepisti. conditionem quam accepisti. militiam cui nomen dedisti. Hoc enim pacto cuncti pugnauerunt. hac conditione uniuersi vicerunt. hac militiam triumphauerunt. Hec crisostomus. Secundo dati sunt nobis in patronos ad auxiliandum. Adiuuant enim nos et meritis suis. et orationibus suis. De primo augustinus. O immensa dei pietas. martirum merita nostra vult esse suffragia illos examinat ut nos erudiat. illos ceterit ut nos acquirat. illorum cruciatus nostros vult esse peccata. De secundo hieronymus. contra vigilantium. Si apostoli et martires adhuc in corpore positi possunt orare pro ceteris quoniam de se adhuc deberent esse solliciti. quanto magis post coronas victorias et triumphos. Unus homo moyses impetrauit veniam a deo sexcentis milibus armatorum. Et stephanus paulo et multis alijs veniam obtinuit. Sed postquam cum christo esse ceperunt multo magis possunt. Paulus apostolus. cclxxvi. sibi dicit in nauis animas condonatas. et postquam resolutus cepit esse cum christo multo magis potest. Tercio

De omnibus sanctis

constat. Aug⁹. frama est anima martiris splē dida caritate. acuta veritate. dei pugnantis vibra ta virtute. que bella fecit. que contradicentium ca teruas redarguendo superauit. percussit infestos. prostravit aduersos. Item cris^o. Torri torquenti bus fortiores steterunt. ac laniantes vngulas la niata membra vicerunt. **T**ercia differētia est confessorū. quoz dignitas et excellētia mani festatur. ex eo q^d deum confessi sunt tribus modis scz corde. ore. et opere. Confessio autē cordis non sufficit sine confessione oris. sicut pbat cris^o. qua tuoz rationibus super matheum. Quantū ad pri mam sic dicit. Radix confessionis fides est cordis. cōfessio autē fructus est fidei. Sicut ergo q^d diu ra dix est viua in terra necesse est vt aut ramos pro ducat aut folia. Si aut non produxerit. sine dubio intellige. quia radix in terra siccata est. Sic q^d diu fides cordis integra est semp germinat confessio nem in ore. Si autem confessio marida fuerit oris intellige sine dubio. quia fides cordis eius laz ante ficata est. Quātū ad scōas sic dicit. Si tibi prodest corde credere. et corā hoibus non confiteri. ergo et infideli ypocrite cōfiteri chri^{stū} prodest. etiam si corde non credat. Si aut ille nichil pficit sine fi de confitens. nec tu proficis credendo sine confes sione. **Q**uantū ad terciā sic dicit. Et si sufficit xpo quia cognoscis eum. etiam si confessus eū non fue ris coram hominibus. ergo et tibi sufficiat. quia cognoscit te xps. etiam si confessus non fuerit te co ram deo. Si aut tibi non sufficit cognitio eius. nec illi sufficit cognitio tua. **Q**uantū ad quartā sic dicit Si em sufficeret tibi fides cordis co rantūmodo tibi deus creasset. Nunc autē et os tibi deus crea ur. vt corde credas. et ore confitearis. Tercio con fessi sunt deū opere. Qualiter aut quis deum ope confiteatur. aut neget. ostendit hiero. in originali sup illud confitent se nosse deum dicens. Xps est sa pientia. iusticia. veritas. sanctitas. fortitudo. Ne gatur per insipientiā sapientia. per iniquitates iu sticia. p mendaciū veritas. p turpitudinē sanctitas per imbecillitatem animi fortitudo. et quotiē scūqz vincimur vicijs atqz pctis. toriens deū negamus z econuerso. quotiens bene qd agimus deū confite mur. **Q**uarta differentia est virginū. Quarū digni tas et excellētia manifestatur primo. quia ipse sunt spōse eterni regis. Ambro. Pulchritudinē qz po test maior: ē existimare decore eius que amat a re ge. pbat a iudice. dedicata a deo. semp sponsa. sp innupta. Scōo quia comparant angelis. Ambro. Virginitas conditionē humane nature suggredit

per quā homines angelis sociant. maior tamen est victoria virginū q^d angeloz. Angeli em sine carne viuūt. virgines vero in carne triumphāt. Tercio quia illustriores sunt fidelibus vniuersis. Un cypri anus. Virginitas est flos ecclesiastici germinis. dec⁹ atqz ornamentum gratie spiritualis. leta indoles laudis et honoris opus integrū atqz incorruptum dei ymago rursus ad sanctimoniam dei illustrior: por cio gregis xpi. Quarto quia preferunt cōiugatis. Decaūt excellētia quā habet virginitas respectu copule coniugalis. pater ex multiplici cōparatio ne ad illā. illa em impregnat ventre. ista mentem. Aug⁹. Generosius elegit in carne vita iam imita ri angelozū q^d ex carne numerū augere mortaliū. Est autē vberior: feliciozqz fecunditas non ventre grauescere. sed mente gradescere. Illa parturit fi lios doloris. ista filios gaudij et exultandi. Aug⁹. Ipa cōtinētia nequaqz sterilis est sed fecūda ma ter filiozū gaudioz de marito re dñe. Illa filijs replet terrā. ista eclū. Hiero. Nuptie terrā implēt. virginitas paradysū. Illa autē est multe solitudi nis. ista quietis. Hilbertus. Virginitas est curarū silentiū. pax carnis. redēptio vicioz. principatus virtutū. Illa est bonū. ista melius. Hiero. ad pam machium. Tātum est inter nuptias et virginitatē q^d tum inter nō peccare et benefacere. Imo vt le uius dicam. q^d tum inter bonū et melius. Illa com paratur spinis. ista ros. Hiero. ad eustochiū. Lau do nuptias. sed qz michi virgines generant. lego de spinis rosam. de terra aurū. de cōca margaritā. Quito qz multis gaudent priuilegijs. Ipse nanqz virgines coronā aureolā habebunt. canticū nouū sole cantabunt vestimētis eisdem cum xpo gande bunt. post ipsam agnū semper ambulabūt. **F** Quarto et vltimo instituta est ppter facilitatē ora tionū nostrarū impetrationē vt sicut omnes san ctos vniuersaliter hac die honoramus. sic et ipsi oēs p nobis in simul intercedant. vt sic dei miseri cordiā facilius impetremus. Si em impossibile est multoz preces nō exaudiri. constat qz impossibile valde erit omnū sanctorū p nobis orantiū preces non exaudiri. Hec ratio in orōne tangit cum dicis Desideratā nobis tue ppiciat omis abundantiam multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Intercedūt em pro nobis sancti merito et affectu. Merito dū nobis corū merita suffragant. Affectu dū vota no stra cupiūt adimpleri. qd tamē nō faciūt nisi volū tate dei adimplenda didicerūt. Quod autē in hac die omēs sancti ad intercedendū vniuersaliter pro nobis conueniant. ostēditur in quadā visione que

In nomine Domini Amen

De Commemoratiōe oīm fidelīū

sequenti anno ab huius solēnitatis institutione cōtigisse narratur. Cū em̄ in hac die custos ecclesie sancti petri ex deuotione omnia altaria circūisset. et omniū sanctorū suffragia implorasset. et demū ad altare sancti petri redisset. ibi paululū p̄cesse extra se rapit. Et ecce vidit regē regum in sublimi solio consistentē. et omēs angelos in eius circuitu cōmorantes. Tunc virgo virginum in dyademate p̄fulgētī aduenit. quā innumerabilis multitudo virginū et cōtinentiū sequebatur. Huic rex p̄tinus assurrexit. et posito solio iuxta se sedere fecit. Post hoc aduenit quidā vestitus pilis camelorum quē sequebatur multitudo venerabiliū senioꝝ. Deinde aduenit et alius pontificali habitu decoratus quē aliquoꝝ chorus in habitu consimili sequebatur. Postea vero processit innumerabilis multitudo militum. Post quos aduenit turba diuersarum gētium infans. Omnes igitur ante regis solium aduenerunt. et ipsum flexis genibus adorauerunt. Is autē qui in pontificali habitu erat. marctinas ceteris p̄sequentiū inchoauit. Angelus autē qui predictū custodem ducebat. eidem visionem exposuit. iusserens virginem in prima acie matres dei esse. Vestitum de pilis camelorum iohannem baptistam cum patriarchis simul et prophetis. pōntificali ornatu habitu petrum cum ceteris apostolis. milites martires. turbam reliquā confessorum. Qui ideo omnes ante regē venerunt. vt pro honore sibi hac die a mortalibus eribit gratias agerent. et pro oꝝbe vniuerso orarent. Deinde ad locum aliū ipsum duxit. et vtriusq; sexus homines diuersis delicijs. alios nudos et inopes auxilium mendicantes ostendit. Dixit autē hunc locum purgatorium esse. abundātes vero animas illas esse quibus ab amicis per multa suffragia copiose subueniebatur. egentes vero esse quorū cura nullatenus habebatur. Iussit ergo vt omnia ista summo pontifici intimaret. vt post festum omnium sanctorum diem statueret animarum. vt saltē generalia suffragia pro illis illa die fierent. qui specialia habere nequirent.

De commemoratione omnium fidelium defunctorum clix

Ammemoratio omnium fidelium defunctorum hac die in ecclesia fieri instituta est. vt generalibus beneficijs adiuuentur. qui specialia habere non p̄ualēt. sicut i predicta reuelatione monstratum est. Hic quoq; petrus damiani q̄ sanctus odilo abbas cluniacē. cōperiēs



q̄ apud vulcanum sicilie crebro voces et vylatus demonum audiebant plangentiū q̄ anime defunctorum per elemosinas et orationes de eorum manibus eripiebant in suis monasterijs ordinavit. vt post festū omniū sanctorū fieret cōmemoratio defunctorum quod fuit post ab omni ecclesia approbatum. De duobus autē hic specialiter videri potest. Primo de ipsis purgandis. Secūdo de eoz suffragijs. Circa primū tria vidēda sunt. primo qui sunt illi qui purgant. Secundo per quos purgantur. Tertio vbi purgantur. Illoz autem q̄ purgantur tria sunt genera. Primi qui satisfactione sibi iniuncta nondum completa decedunt. Ueruntamē si tantam haberem cordis contritionem que sufficeret ad delendū peccatum. liberi ad vitam transirent. etiam si satisfactionem minime cōplessent. q̄ contritio est maxima pro peccato satisfactio et maxima peccati deletio. Hiero. Apud deum nō tam valet mensura temporis q̄ doloris nec tam abstinentia ciboz q̄ mortificatio viciorum. Sed qui non adeo conterūt et ante completionē penitentie moriunt igne purgatorij grauissime puniunt. nisi forte eoz satisfactio ab aliis quibus caris suis p̄ficienda assumatur. Ad hoc tamen q̄ predicta cōmutatio valeat. quatuor requiruntur. Primum est ex parte commutatis. scz eius auctoritas. q̄ de sacerdotis auctoritate debet fieri. Secundum est ex parte illius pro quo fit cōmutatio scz eius necessitas. quia i tali statu debet esse q̄ per se satisfacere nō valeat. sed adiuuari indigeat. Tertius est ex parte illius in quem fit cōmutatio.